



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

31 In ciuium numerum non quosuis recipere, sed eos duntaxat qui Reip. & ornamento & emolumento esse possunt, vt sunt Theologi. iureconsulti, medici, Philosophi, Oratores, historici, Poetæ, milites, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

ibi est diabolus: & alius ex SS. Patribus: Tripudiū, seu chorea, est circulus, cuius centrum est diabolus, qui in medio chorizontium est, ignem concupiscentiæ inflammans. Et S. Augustinus: Omnis motus & saltus petulantia, est saltus in profundum cloacæ. Philosophus quidam, apud Laërt. videns quendam lasciuia saltatione gestientem: Quanto melius inquit, feceris, hoc deterius facies. Ut & Mimus publicus dicebat; aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior. Cæl. Rhod. lib. 9. c. 56. Vide Theatrum hist.

SIGNVM XXXI.

IN CIVIVM ALBVM SEV NVME- *Ture ciuita-*
rum non quosuis conferre aut recipere, sed eos
duntaxat, qui Reip. & ornamento *tis nõ quos-*
& emolumento esse possunt, *uis donare.*

Sunt in Rep. necessarij 1. *Theologi*, sacrorum, *Vide M.*
 pieratis, & religionis interpretes ac antistites: *Tun. 44.*
 Quia religionis præcipua cura in Rep. est susci- *Pol.*
 pienda: (Plato 2. de Rep.) finis enim vitæ nostræ
 Primarius, & meta, ad quam collimandum, Dei
 cultus & honos est. (Idem 4. de Leg.) Reip. fun-
 damentum ac propugnaculum Religio est. (Idem *1. Theologi.*
 4. de Rep.) Vera sapientia ac virtus est Dei cog-
 nitio; contra inscitia ac improbitas summa, Dei
 ignorantio. (Idem in Theateto.) Fundamentum
 Legum & virtutum omnium Dei metus & cog-
 nitio est, (Cic. 2. de leg. & in Orat. pro Plancio) &
 fons publicæ felicitatis. Vnde illud Sybaritis O-
 sculum redditum;

L 5 Sem-

*Semper eris felix, venerans gens Numina Diva
Donec plus superis fueris venerata virum quae
Intima seditio tunc & tibi praelia surgent.*
(Athen. lib. 12. cap. 6.)

Religio.
Vide signū
47. par. 2.

Romani non numero Hispanos, non robore
Gallos, non calliditate Poenos, non artibus Graecos,
nō deniq; hoc ipso huius gentis ac terrae mellitico
natioque sensu Italos ipsos ac Latinos sed pietate
& religione atque hac vna sapientia quod Deorum
immortalium numine omnia gubernariq; perspexerunt,
omnes gentes ac rationes superarūt. (Cic. de Aruspiciū
responsis.) hāc minus illis insidiae struuntur, qui
ob pietatis & religionis studium Deum defensorem
habent. (Arist. 2. Rhet. de Consid.) Legimus translata
& mutata, & vastata regna & imperia propter
necū cōtemptum religionis. (Deut. 28.) Et hic
contemptus contemptū Magistratus parit. (4. de
Rep.) Ingentis poenae loco Propheta mandatur fore,
vt multi in Israël dies absq; Deo viderentur
absq; sacerdote, absq; doctore, absq; lege. (2. Par. 15.)
Galli cōmendantur à Cæsare, quod cōuentutē prius
de his docerēt, quae ad religionem facerent,
deinde quae prodesse ad Rēp. caperent. (li. 6. Com. de Bello Gall. 10.)
Laudatur Roma, qui singulis annis aliquot Principū
filios Haecicis tradiderūt in disciplinā, vt sacra
discerēt, & omnia negotiorū in Vrbe post directores
foerunt, & primas semper in deliberationibus religio
tribuerunt. (Val. lib. 1.)

2. Iureconsulti.

2. Antistites legum, seu *Iureconsulti*. Plaro quae
ait, 3. de Rep. iudiciū esse inale constituta Rēp.
multi Iureconsulti in ea inueniātur, & Culpianus
Fridericū III. Iurecōsultos mediocriter diligens
refert, quod diceret, iuris æquitatē ab illis inueniri

ti, fœdari iustitiã. Hoc tamẽ non de Iurecõsultis
 veris, sed fori tintinnabulis & rabulis intelligẽ-
 dũ, qui aliquot iuris formulis memoriã manda-
 ris, dominari in foro conãtur, cliẽtulos suos erus-
 cãt, & exhauriunt, dũ lites ferunt & alũt, nõ tol-
 lũt. Iurecõsulti veri Iuris sacerdotes meritõ ap-
 pellãtur: æquũ enim ab iniquo separant, licitũ ab
 illicito discernũt. (1. *Digt. t. 1.*) Vnde horũ domus
 Cicerõ ciuitatis oracula vocat. Ad Iureconsultos
 enim olim sic veteres adibãt, vt nõ solũ de om-
 ni iure ciuili, verũ etiam de omni officio & ne-
 gocio referretur. (3. *de Orat.*) Aristoteles affir-
 mat, sine Iureconsultis ciuitatẽ rectẽ feliciterq;
 habitari nõ posse, propterea quod de cõmodis &
 iustis iudiciũ reddendũ sit ipsis. (3. *Pol. c. 8.*) Et cer-
 tẽ sicut morbi corporũ medicorũ inuẽtis curan-
 tur; ita immanitas animorũ, Legũlatorum exter-
 minatur prudẽtia. (*Demosth. Orat. 2. cõtra Aristo-*
gũ.) Leges sunt Rerump. vincula, (*Plato 1. de leg.*)
 fundamẽta libertatis. (*Cic. pro Cluentio.*) Vitẽ hu-
 manẽ solatia, (*Castod. lib. 3. Var.*) veluti muri Ma-
 gistratuum contra vulgi importunitatem. (*Leo*
Imp. in Proœmio Const. nouell.) Ergo legum inter-
 pretes in Rep. sunt necessarij. Hãc ob causã Pla-
 to, agẽs annũ 86. iuris ciuilis peritiã sibi acquisi-
 uit. (*Val. lib. 8. c. 7.*) Alexãder Seuerº Imp. sine Iure-
 cõs. magnũ aliquid nõ decreuit. (*Põtã. de magnã.*)
 3. Et si Aesculãpij templũ Romã extra Urbẽ fuit
 exstructum, vt inde colligeretur, necessitate, nõ
 voluntate aliquid Medicinã Romanos tribuere:
 * & Adrianus Imp. moriturus dixit: *Multorũ Me-*
dicorũ turba me perdidit: * & Plato scitit, proffi-
 gatũ & turpis educationis, prostitutz disciplinã
 in Rep. argumentũ esse, si cuiusuis ordinis homi-
 nes Medicorũ opera indigeant, nec nõ absurdum
 esse

Vide fig-
num 98.

3. Medic.

* Plin. lib.
29. cap. 1.
* Dion

Vide signū
26. par. 2.

Vide de li-
beralitate
& de do-
ctorum ho-
nore.

esse cōtendit, homines Medicorum auxilio op-
habere, non vulnerum sanandorum, aut popu-
rium tantum morborum causa, qui aëris inten-
perie pro anni constitutione nascuntur; sed illi-
rum morborum gratia, qui propter desidiam
dissolutum victum oriuntur. (3. de Rep.) Tam-
scriptura (Syr. 38.) Medicum honorare iubet pro-
pter necessitatem. Aegrotare enim incipimus
mox vbi nascimur: (Augustin. super Psalm. 3.) In
tota hominis vita nihil nisi morbus perpetuus
est. (Serm. 74.) Et hi morbi non curantur per
nec valetudo sustentatur solum (Cic. de Offi-
corporis notitia, & obseruatione eorum, qui
aut prodesse, aut obesse solent, & continentur
victu atque cultu corporis, & prætermittuntur
voluptatibus; verum etiam arte eorum, quorum
ad scientiam hæc pertinent. Hanc ob causam
rem familiarem administrant, & præfunt Re-
Magistratus, curare suorum valetudinem iube-
tur: (Arist. 1. Pol. c. 10.) sed ita, ut non quosuis
dicos in vrbe admittant, sed solum ante explorato-
tos, & probatos. (Plato 3. de Rep.) Laudatur Iulius
Cæsar, quod eos, qui veram Romæ medicinam
profitebantur, ciuitate donauit. (Suet.) Com-
dantur & Græci, quod Hippocrati eosdem, qui
Herculi honores decreuerunt, quod pestem ve-
nientem prædixisset, & discipulos ad auxilia-
dum circa vrbes misisset (Plin. lib. 7. cap. 37.) Sc-
crates discipulos suos monuit, ut valetudini
te omnia curam haberent, ac partim à per-
quæ possent discerent, partim per omnem vitam
ipsi obseruarent, quinam cibus, qui potus, qui
bor ipsis conduceret, & quo pacto his vti, quæ
optima valetudine vterentur. (Xenop. memor. Lib. 4. Quar-

4. Quamuis Socrates eos, qui in Philosophiæ studijs longo sunt tempore versati, affirmat ridiculos esse, ubi ad forum venerint: (*Plato in Theæteto*) & Plato (*6. de Rep.*) dicat, re ipsa deprehendi eos, qui ad Philosophiam animum appulerunt, & diutius in hoc studio versati sunt, moribus peregrinis & importunis prædicos esse, aut reddi inutiles ad Remp. capeſſendam: tamen & ipse Plato affirmat, nõ prius finem futurum malorum in Rebus, quàm Philosophi (veri) in illis summam rerum obtineant: (*Ibid.*) vel qui Reges sunt & optimatès germana quadam ratione philosophentur. (*5. de Rep.*) Adhæc, qui verè philosophantur, sua sponte agunt, quæ cæteri legum metu faciunt: (*Plut. de amore virt.*) neque quicquam Philosophia est aliud, quàm vitæ lex, (*Senec. epist. 95.*) & gubernaculum per ancipitia fluctuantium dirigens cursum, mouens, vt casum quisque aduersum commodè ferat, (*epist. 16.*) & extrahens vitia radicibus (*Cic. 2. Tusc.*) Digni ergo Politia & vrbe sunt verè Philosophi.

5. Et si Oratores iniqui iudicia corrumpere videntur, & plus his nocent, quàm qui largitionibus vtuntur, quòd pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest, (*Ammianus Marcell. lib. 30.*) & oratio, quòd magis ad splendorem & ornatum accedit, eò à veritate recedit longius: (*Plato in Axiocho.*) tamen Oratoribus in Rep. locus concedendus est. Nam omnium rerum, & quidem præstantissimarum, ea est conditio, vt ijs perperam homines vtantur. (*Arist. 1. Rhet. c. 1. Quintil. de 2. c. 17. Cic. 1. de Inuent.*) Nec sunt Oratores habendi, quorum Orationes verborum solum splendorem habent, & ornatum, senten-

4. Philoſo-
phi.Vide fig-
num 52.

5. Oratores.

fententijs prudentibus carent. Amandi & colendi sunt Oratores: quia nullæ Principum opes legiones plus valent, quam admirabilis dicendi vis & facultas eius, qui populorū animos laqueis erigere, & ab bellū inflammare, & ad virtutis acriter reuocare, ad mores hominū oratione accommodare, à beneuolentiā ad odium, à odio ad beneuolentiā deducere potest. Est ea seruitutis exitio, innocentibus præsidio, improbis rori, probis ornamento. Et est necessarius Oratorum in veritate ac iustitia defendenda, in ferendo auxilio supplicibus, in excitandis fictis: *b* neque alia ratione regi multitudinem test, nisi orationis præsidium adhibeatur. (Plat. *præceptis Reip. gerenda.*) Quemadmodum enim serpentes verborū quibusdā illecebris capiunt, ita hominū ferocissimorū barbaries atque feritas eloquentiæ dulcedine ac suauitate miscetur. Ludouici seditiones tū in castris, tū in ciuitatibus sint omnia & summe perniciosæ, compesci nulla alia ratione nisi istæ possunt, quam si Oratores adfint, qui sapienter dicendo, eas compescunt & sedant. Idem facit quod Medici, qui morbos ac vulnera periculo putredine conseruant. (*Arist. 5. Pol. c. 5.*) Prætorum est legatorū nomē apud omnes nationes sanctorum. (*Vop. Casar 3. de Bell. Gall. Tuc. lib. 3.*) sunt legati accuratè scilicet ac aures regnorū. At hi suā autoritatē nō tactatū suū portant enim tales lingua esse instructos ab oratorum parte, ut quouis disputationū genere possint maiorem maiā obtinere, nec aliena lingua uti cogantur. *Amodo dicitur in Pyrrho Plutarchus, quod Pyrrhus ipse saluus, eius fuerit, plures à Cynea Oratore ac legato sunt & litteratione vrbes, quam à se armis expugnatas esse.*

a Arist. 1.

Rhet. c. 1.

b Cic. 1. de

Orat.

Vide locum

61. de eloq.

Gregor. 6.

Hist.

Vide signum 19.

6. Si Historia est thesaurus ad omnē posteritatem, non ludicrū quiddā, quo, ad præsens tantū tempus, aures demulceātur, (*Thucyd. lib. i.*) testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistravitæ, nuntia vetustatis, (*Cic. 2. de Orat.*) vtilissima certē est. Si Historici mores, actiones, vitamq; nostrā totā rectē conformant & instituūt, sicq; plurimū futuro Politico profunt, in honore habēdi sunt. Ostēdunt Historici legētibus, præteritorum exēplis, quid expetendū, aut fugiendū nobis sit: doctrina autē hæc ex aliorū tum secundis tū aduersis rebus percepta, doctrinā habet extra periculum constitutā, (*διδασκαλία, ἀπειρορ.*) *Diod. Sic. lib. i.* Adhæc exēpla cū proponuntur ad æmulationē, ingenia verē liberalia excitantur. Sic Achillis exēplū currētī calcar Alexādri addidit, Cæsare ad virtutē militariē impulit Alexander, Carolū V. ad gloriā tantā impulit æmulatione Ludouici XI. Galliarū Regis, cuius historia, à Constantino descripta, ipsi charissima fuit. Quin & Historici non tantū res præclare gestas ab oblivione vindicant, verū etiā conseruant laudē & gloriā clarorū virorū, in ò integrarū nationum. Omnes enim omnium virtutes tantæ sunt, quantas præteritæ voluerunt, qui aliorū facta descripserunt. (*Vopisc. in Præmio.*) Præterea ex Historia accutate scripta hæc duo eueniūt, vt viri fortes, qui in faciliū impleuerint, gloriā immortalē conseruant, & à posteris laudentur: deinde, vt horū ab oprobrio non otio se turpi dedat, sed labores honestos suscipiat. (*Diō. Halic. li. 19.*) Deniq; quomodo de Dei tū essentia, tū voluntate certi esse saluus, eiusdē exequeremur mandata, nisi historia & literæ sacræ essēt, vbi esset cognitio eorū, quæ Ecclesia post sub viris sanctis gesta sūt, nisi essēt

Epi-

6. Historici.
Vide signum 76.

Epiphanius, Orig. Euseb. Paulus Diac. Nice-
 Euagr. Scholasticus, Socrat. Sozom. Theod-
 Castiodorus? Quam turpi oblivione sepulta
 iacerent res Germanorum, nisi essent Cora-
 citus, Alb. Crantzius, B. Rhenanus &c. Et
 Iorum, nisi &c.

7. Poëta.

7. Et si Plato Poëtas sua è Rep. exterminat
 maximè hoc nomine, quòd moribus nocent
 frèna ad omnis generis vitia laxent, venen-
 melle conditum pueris instillent, in homin-
 animos admodum molliter influant, fabulis
 namentis, pigmentis verborum & figuris: (10.
 & 10. de Rep.) & Philippus Imp. statuit, ne
 munitate Poëtæ donarentur, vt alij: (10. Ca.
 de Prof.) veris tamen Poëtis locus in bene
 stituta Rep. reliquendus est. Sunt enim
 longè antiquiores Historicis & Oratoribus
 neca de vitre tranq. lib. 1.) & Rep. digni
 quia res gestas clarorum & illustrium viro-
 celebrant, (Plato 2. de Rep.) vt rectè à Poëta
 cretio sit dictum:

Carminè sit viuax virtus, expersq; sepul-

Et à Lucano:

O sacer, & magnus Vatum labor, omnia f-

Eripis, & donas populis mortalibus auum

Achilles felix ab Alexandro Magno iudic-
 fuit, quòd Homerum virtutum suarum pre-
 nem nactus esset. (Plut. in Alexand.) Adhe-
 liores reddunt homines, (Aristoph. in vana.)
 niuersæ vitæ conformandæ rationem mon-
 (Senec. lib. 1. epist. 5.) Excitant præterea, &
 mant homines ad res præclaras capeffenda
 Spartanos legimus in fugam iam conuersos
 stitutos fuisse carminibus Histrai. (Pausan.

Messenicis.) Huc accedit, quod artes plurimæ à
 Poëtis sunt traditæ: Physica, à Lucretio; Mathe-
 matica, ab Arato; Ethica, à Pythagora, Theogni-
 de, Hesiodo, Phocylide; Historia, ab Homero,
 Virgilio, Lucano, & alijs. Postremò, mira volu-
 prate afficiunt & oblectant. Qua de causa custo-
 dibus Rerump. ipsorum lectio etiam à Platone
 permittæ est, vt reficiant ac recreent animos de-
 fatigatos, ac paratiores reddant ad Reip. mune-
 ra obèunda. (*de Rep.*) Itaque mirum non est Re-
 gibus ac Principibus charos semper Poëtas exti-
 uisse. *Crasus Lydorum Rex Pindarum* tanto est a-
 more prosecutus; vt eum auferre iuberet auri
 quantũ posset aut vellet: * huius familiae Alexã-
 der peperit Thebis iam occupatis. (*Æliã. li. 13.*)
Virgilius ad eò acceptus *Augusto* fuit, vt eius diem
 natalem singulis annis celebraret. (*Plin. lib. 7. ca.*
30.) *Vespasianus* primus ex fisco salaria Poëtis cõ-
 stituit. (*Suet.*) *Martialis* iocos vnice *Ælius Verus*
Imp. amauit. (*Crinitus de Poëtis.*) *Carolus Magnus*
 versus res gestas Rom. continentes magni fecit,
 decantari etiam iussit. (*Ælian. lib. 4.*)
 8. Esi Milites mali ciuitatum mala exoptant, & s. *Milites.*
 bellum multorum sit homicidium ac lærociniũ:
 tamen Reip. necessarij sunt Milites. Romæ nulli
 ciuium licuit vllum Magistratum Urbanum ge-
 nere, qui decem annos non militasset. (*Liu. lib. 10.*
sec. 4.) Quò fuerint loco numeroque habiti, qui
 Martia iura tractant, & castra sequuntur, eorum
 tituli satis testantur. *Duces* enim à ducendo no-
 men habent, quòd illorum sit ducere exercitum:
Comites; qui Reges & Principes comitantur:
Marchiones, qui ad Marcham custodiendam sunt
 constituti; id est, tractus limitaneos: *Baro-*
 nes,

nes, ἀπὸ τῆς βαρείης, quòd veteres benéfarios dignitate antecellere debent: (Cal. Rhod. 8. cap. 30. Crantz. lib. 3. hist.) habent nomen *biles*, quòd illorum maximè in bello efficitur virtus debeat; & apud Germanos ab Aquila cunctur: Aquilæ verò Insignia sunt Romanorum: *Milites* nuncupari videntur à molliti & τριφασίῳ, quòd minimè sint molles, duram vitam agant: vel à malo, quòd suo peccato mala & incommoda auertant. Vnde Philocomicus, non homines esse milites, sed quæstimas singulis penè momentis duci velut sacrificium, affirmat. Sunt præterea militibus stituta insignia præmia, laudationes, & gratificationes pro concione factæ. (Tac. 2. Annal. etiam Orationes habitæ in celebrationem

Vide locum qui in bello occubuerant, maximè Atheniensium de præmijs, quotannis in festis Februarij. & publico fide signū 19. fuerant laudibus celebrati, qui in bello proccidissent, ut inde quisq; disceret patriam re, & commodè publica priuatæ saluti antecurere. (Plato in Menex.)

Alexander Seuerus magis se milites seculum velle dixit, quàm seipsum, eò quòd salus publica posita esset. (Lamprid.)

Romulus voluit ut altera pars populi coram altera armis Remp. defenderet: (Macrob. lib. 12.) & naturæ lege sapientia & potentia ex in idem tendunt, semper quæ ista duo conuenient in Rep. requiruntur. (Plato epist. 6.) Et tantarum res legibus in tuto est collocata, quantum leges armorum seruata præsidio sunt. (Plato lib. 7.) Milites tam sunt necessarii, quàm denarii. (Lamprid. lib. 53.) Romani quoque nulla re alia Orbem

rarum subegisse videntur, nisi exercitio armorum & disciplina castrorum (*Veg. lib. 1. cap. 1.*)

9. *Syr. l. 26. v. 28. dicit: Difficile exiit negotians à negligentia, seu deceptione: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.* Et commendatur ciuitas stadis 80. à mari remota: minus probatur situs maritimus, eò quòd faciat, vt commerciorum copia ac licentia bonis moribus noceat, ciues diffuant delicijs, quæ importantur. (*Plato 4. de leg.*) Et Phœnices arguuntur à Cicerone, qui primi mercatores Græciam impleuerunt auaritia & inexplebili cupiditate. (*Nomius ex 3. Cic. de Rep.*) Et Germani olim sunt laudati, quòd vitium ad se importari non paterentur, eò quòd arbitrarentur ea re ad labores perferèdos emollescere homines, & effœminari. (*Auentinus lib. 1. Annal. Boiorum.*) Adhæc mercatores vituperantur, quòd in protrudendis mercibus admodum mentiantur; quòd merces inuehant damnosas, quæ faciunt ad luxum, ad pompam, ad fucum, ad molliem, ad voluptatem; quòd immensa pecunia quotannis prouincias & regna spoliant, & quòd bonos mores vitijs peregrinis introductis corrumpant. Ob hos tamen abusus mercatores à Rep. non sunt exturbandi, sed abusus ipsi abrogandi. *Deus ipse stateram iustam, æqua pondera, modium iustum, sextarium æquum* (quæ negotiationibus inferniunt) requirit. (*Deut. 25. v. 13. Leu. 19. v. 35.*) Prohibet idem, ne circumueniamus fratrem in negotio. (*1. Thef. 4. v. 6.*) *Cicero 1. de Off.* commendat mercaturam magnam & copiosam, multa vndique apportantem. *Alex. Seuerus negotiatoribus immunitates maximas concessit.* (*Lampyr.*) Quia non omni in terra (terrarum pla-

Mercatores sunt defectuum in ciuitate medici.

Et eis, quæ Plutum, diuitiarum Deum, adorant, & venerantur.

Vide 1. Cor. 6. v. 9. Amos 8. v. 6. Isaiæ 1. v. 12.

ga)omnia abundant, ideoque Reip. multa
 utilia & necessaria, mercatores necessarii
 ut quæ præsto non sunt, ex ijs nationibus
 tur, in quibus abundant, (copiosius fluunt,
 per mare, per terram, per ignem ad Indos
 lant, naues onerant, per Syrtes redeunt,
 vita ac fortunarum discrimen fugiunt,
 rum deficientium fœcunditate & copia
 uitates bœent. (Arist. 6. Pol. c. 4.) Sunt mercatores
 quasi pedes in corpore humano, qui reliqua
 cessaria transferunt. (Greg. Tolos. 4. de Rep. Opifici
 Poterat Deus vnique regioni omnes
 dare, verum si vna alterius fructu non indiget
 communionem cum altera non haberet. Per
 munionem verò hanc coniunguntur res
 quæ aliàs longè diuisæ sunt. (Gregor. Hom. 1. c.
 Ezech.)

Adhuc multæ vrbes emporijs atque mercatorijs
 nijs celebres factæ sicut Corinthus, &c. locatur
 tur in sacris litteris Tyrus & Sidon propter
 catores suos.

10. Opifices. 10. Romæ Numæ instituto non licebat
 opificia tractare, seruis illa committere
 quid moliri in Remp. possent. (Plut.) Syrus
 tamè rectè ait c. 33. v. 34. Omnes hi, (faber, f
 &c.) in manibus suis sperauerunt, & vnus
 in arte sua sapiens est, sine his omnibus non
 catur ciuitas. Et multum ad commendationem
 Opificum facit, quòd non pauci Reges &
 cipes sunt inuenti, qui vel exercitij causa, vel
 letudinis ergò, vel etiàm propter vtilitatem
 necessitatem opificia tractarunt. Demetrius
 Asia in machinis bellicis conficiendis fuit
 lens. (Plut.) Nero in pingendo satis felix

Exod. 25.
 de Bezelaè
 le.

Vide de
 Pranis.

Albertus IV. Dux Austriae in dolando, tornando,
& architectura se exercuit. (Cuspin.) *Gambri-*
mus Tuisconum Rex primus decoquere cereui-
siam docuit. (Gassur. in *Epit. Chronici*.) Lex fuit
in signis apud Athenienses, ut iuvenes, postquam
ad pubertatem venissent, artibus adhiberentur,
ut, modo proponerentur publicè variarum artium instru-
menta, ut adducti adolescentes in ea arte insti-
merentur, cuius instrumentis maximè delecta-
rentur. (Greg. Naz. *epist. ad Eudoxum* 160.) Sine
Opificibus onera & commoda publica promo-
ueri non possunt. (Arist. 1. *Pol. cap. 5*.) Ut Solon in
Atheniensi Rep. ciues suos ab otio ad artificia
er. Pertraheret, legem tulit, ne filius patrem alere
ur reprobaretur, qui artem aliquam eum non docuif-
t. Hon. fec.

II. De Agriculis consule locum de agricul-
tura,

&c. la
propter

SIGNVM XXXII.

CLEMENTIA OMNIBVS SVB-
ditis antecellere.

*Clementiam
diuinam
imitari.*

ETS I Nero saeuissimæ esset naturæ, eam ta-
men sub initia Imperij, vsus Seneca præ-
ceptore, probè dissimulauit, & clementiæ famam
maximè tum affectauit. Siquidem cum in prin-
cipio sui Imperij ei allata esset obsequanda (ut ex
more subscriberet) capitalis sententia in lones
(duos latrones) à Senatu lata, bis terue recusasse
dicitur, tandem victum, ut misericordiam simu-
laret, & Principis clementis famam sibi ædifica-
ret,

M 3

ret,